beatorum animorum concilium evocemur. Vale feliciter! Salutant te Dabercusius et Madeburgus. Misenae Cal. Februarii M. D. XLIX.

Georgius Fabricius.

Adr.: Ornatissimo pietate et doctrina viro, D. Philippo Melanthoni, sacrae Theologiae et bonarum literarum instauratori, praeceptori et amico suo unice observando.

VI. Georg Fabricius an Melanchthon, Meißen, 14. April 1549.

Casparus Schonbergus, vir bene sentiens de religione et studiis, filium habet beneficio Principis in hac schola usum, quem Vuitebergam mittere statuit[1]; cupit autem fideli praeceptori et bono viro illum tradi, qui et doctrina instituat et auctoritate regat. Inprimis vero scire et cognoscere desiderat, num in tua mensa locus ei possit esse, id quod patri gratum accideret; sin minus id potest, iuvari cupit consilio tuo et quod ad disciplinam et ad consuetudinem honesti alicuius et docti viri pertinet. Rogo igitur te etiam atque etiam, ut ad me scribas, quod illi viro respondeam; ea enim de causa nuncium hunc ad te mitto[2]. Dedi eidem epithalamia a me et a meis auditoribus Badehorno et Meurero[3] scripta. Cuspidius[4] ille est, qui etiam D. Crucigero fecit elegiam funebrem, quam ad te antea misi. Vitus[5] Norimbergae mortuus est die XXV. Martii, quo et conceptus et passus est Christus; quod cum vir doctissimus non ignoraverit, credo laetum et alacrem diem suum obiisse omine quodam fausto et plena fiducia secuturae felicitatis, quam filius Dei nobis conceptus et nobis passus in sempiternum peperit. Viti mortem nobis nunciavit, qui postridie eius, quem dixi, diei funeri interfuit. Vale! Misnae eo die, quo Christo Hierosolyma ingredienti regiae gratulationes factae et insignia Victoriae atque pacis, palma et olea, oblata sunt[6]. (Abschrift.)

---

[1] Es handelt sich doch wohl um Kaspar von Schönberg, einen der 5 Söhne des gleichnamigen v. Sch., Erbherrn auf Reinsberg, Wilsdruf und Limbach, 1539 Visitator, 1540 Amtmann von Meißen, und der Brigitte von Bünau aus dem Hause Droyßig (Joh. Ludwig Rüling, Gesch. der Reformation, zu Meißen im Jahre 1539 und folgenden Jahren, 1839, S. 65), Meißener Fürstenschüler 21. October 1543 bis 1549, 1547 als Geisel mit nach Wittenberg, später Beisitzer des kaiserlichen Kammergerichts zu Speyer, dann Rat beim Appellationsgericht, dann dessen Präsident und kurz vor seinem Ende Präsident des Oberconsistoriums zu Dresden, gestorben ebenda 21. Januar 1586 (Kreyßig, Afraner-Album, S. 3). Freilich steht er nicht im Album academiae Vitebergensis. Aber der am 26. Juli 1550 an der Leucorea immatrikulierte Abrahamus a Schonberg nobilis (am 25. Januar 1544 in die Fürstenschule aufgenommen, Kreyßig, S. 4) war ein Sohn des Nikolaus v. Sch. Ein 2. und 3. Sohn des Kaspar v. Sch. Haubold und Lorenz waren vom 14. Februar 1546 bis 1551 Afraner und auch mit unter den Geiseln (Kreyßig, S. 7). Einer von beiden wird gemeint sein in dem Briefe des Georg Fabricius an seinen Bruder Andreas vom 12. Juni 1551 (Peter, S. 8).

[2] Melanchthon antwortete am 21. April CR 7, 387: ‚Adolescens Schoenbergius recte commendari poterit vel Paulo Ebero vel eius vicino Matthaeo Plochingero (vgl. über diesen W. Friedensburg, Gesch. der Universität Wittenberg 1917, S. 281), viro docto, et uterque convictores honestos habet.'

[3] Gemeint sind doch gewiß Leonhard Badehorn und Wolfgang Meurer. Vergleicht man aber ihre Lebensläufe (ADB 1, 759 und 21, 538), dann versteht man nicht, wie Georg Fabr. sie seine Zuhörer nennen kann.

[4] Michael Spieß aus Dresden, 1543 recipiert, Kreyßig, S. 1. Er starb als Theologiestudent in Wittenberg am 8. Mai 1552 (CR 7, 1000). Im Album academiae Vitebergensis ist nur zu finden: Donatus Spies Dresdensis, immatrikuliert am 11. Mai 1557.

[5] Veit Dietrich (RE^{3} 4,658). Vgl. in Melanchthons Antwort: ‚De Viti migratione in Academiam coelestem ad me scripsit eius collega, antequam accepi tuas literas.' Ein Gedicht auf Dietrichs Tod von Adam Siber in der Ausgabe von dessen Poëmata Basileae o. J. [1552?] 8° (Mitteilungen des Vereins für Chemnitzer Gesch. 5, 127).

[6] Vgl. CR 6,836. 7,353—55; Zeitschr. f. Kirchengesch. 59, 419.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden